

evites, singulas doctrinas suo proprio casui cum sui specialitatis ratione adaptato: ut quid iure verum sit, facile cognoscatur in posterum, necessitatis illius non oblitus: quod iudicium possessorium duplex est, aliud summarium, & interdu summariissimum, aliud ordinarium, seu plenarium.

2 Summarium iudicium possessorium autem illud est, quod proditum est ex solo iudicis officio implorato, preparatorium quoddam iudicium ad possessorium ordinarium, quod tunc locum habet, quando scilicet utraque pars contendit possidere, & quolibet recusat agere & libellam offerre, actorisque partes sustinere, inductum principaliter, ne lite pendente, vel non pendente super possessione, seu possessorio ordinario, partes veniant ad arma, se invicem turbantes, & pro libello ensem offerentes (ut inquit Bald. in l. quisquis C. quorum app. non recip.)

cujus natura (cum sit momentaneum aptitudine) exigit summarium causae cognitionem, quod nec requirit libellum, nec litis contestationem, & conclusionem, nec sententiam diffinitivam sed interlocutoriam duntaxat, praedictum nullum afferentem, nec in possessione, nec in proprietate, prout ita in tamer declaratur, durante interim, dum lis super plenario iudicio possessorio, vel petitorio diffinitivè terminatur: & tunc iudex ex officio ut occurrat scandalis, & rixis imminetibus, nullo servato ordine iudiciario, sed omisso penitus debet super ultimo eorum statu possessionis, seu detentationis probationes seu informationes a partibus ex officio recipere, & quem invenit in ultimo statu, seu meliori possessione, defendet, inhibens alteri ne ad eam accedat, nec alteram inquietet, donec ut actor agens in possessorio plenario cognoscatur: quis verus sit possessor, ut & iste in petitorio partes rei obtineat. Nam quemadmodum possessorium ordinarium est preparatorium iudicium petitorio, ut quis actor sit, cognoscatur, l. ordinarij C. de rei vindicatione, ita hoc possessorium summarium est preparatorium iudicium possessorio ordinario, ut dictum est, & ideo summariam causae cognitionem exigit, juxta l. acquissimum (ex quo principium habere creditur) ff. de usufructu & praxis ff. libertis, §. si ff. de liberali causa ita optimè Paul. Castr. in cons. 3. col. 2. l. 2. Bald. in l. ordinarij col. 3. versic. sed hic quæro ibi Castr. & alii Alciat. cons. 386. in princ. Neviz. cons. 8. n. 7. ruin. cons. 28. colum. in princ. volum. 4. Marfil. in l. 1. §. præterea col. 1. 8. de quest. & in singul. 543. Felin. in rubr. de tregua & pace §. qui timet circa si. Capicius dec. 13. & dec. 14. & 55. & 96. n. 10. & dec. 189. & dec. 209. Curtius Senior cons. 66. Paris. cons. 178. l. 4. lll. in l. super possessio nu. 15. & ibi Decius n. 10. C. de transact. idem Decius in l. ult. n. 6. de edicto divi Adria. idem consil. Alban. cons. 75. Plot. Novariens. in repetitioe l. si quando n. 107. C. unde vi Corraf. in l. naturaliter, §. nihil. commune n. acquir. poss. Cephal. cons. in fi. lib. 1. quia declarant Maria Soci. Sen. in cap. 1. col. 16. fall. 54. Cepola cautel. 100. n. 3. Natt. cons. 121. n. 2. l. 1. Massuerius in pract. tit. de possessorio n. 4. exactè Covarr. in pract. q. c. 17. per totum. Titaq. in tract. le mort saist le vis, p. 9. declaratione 9. in fi. Rebuff. super concord. Regis Francie, tit. de amatis, versic. quina tamen ex l. regni & in commenta. regn. constituit. tom. 3. tit. de matr. poss. art. 1. gl. 1. n. 4. Menoch. de retinen. poss. rem. ult. n. 3. & à prin. Roland. à Valle cons. 8. pro totum vol. 4. quibus adde nostratem Gaspr. Rodrig. de annu reddit lib. 1. c. 17. apud quos copiosè & affatim invenies resolutas multas difficultates, attingentes hujusmodi summarium possessorium iudicium, ad quos te remitto, latè Riccius in pract. dec. 2. p. dec. 203. per totam fol. 279.

4 Et ultra supracitatos, quod in hujusmodi iudicis officio, quod est possessorium summariissimum, nullus sit juris ordo servandus, affirmarunt gl. in dem. 2. ut lite pend. Bellame. dec. 148. & dec. 194. Bald. in l. appell.

col. 2. C. de appel. Abb. in c. ex parte col. penult. de reser. Socin. Senior. in c. quoniam frequenter, col. 27. versic. 6. fallit. ut live non constat, Alexand. cons. 99. n. 9. lib. 5. Ripa in c. sape num. 10. versic. 3. quia de restitutione spoliat. Vantius in tract. nullit. in tit. quot. & quibus modis nulli propr. poss. n. 28. Lanfr. de Orian. post alios plures ab eo citatos in rubr. de causa poss. & propri col. 8. & Bella. dec. 101. qui loquuntur in possessorio summario in remedio recuperandæ, & circa possessorium hoc remedio adipiscendæ, possessionis, idem probant Boër. in c. 1. n. 39. & 40. de restitu. spoliat. post Abb. ibi Rebuff. in pract. benefic. tit. de missione in possessionem, n. 42. & 43. & in hoc remedio respectu possessionis retinendæ fere omnes superius dicti probant, & attende quod hujusmodi remedium possessorium summarium, scilicet ex iudicis officio, locum obtinet in omnibus interditiis, & remediis possessoris tam adipiscendæ, quàm recuperandæ, & retinendæ ut est de singulis videre apud Menoch. de Adipisc. rem. 6. per totum, & de retinendæ, rem. ult. per totum, & de recuper. poss. rem. 17. ubi copiosè de singulorum qualitatibus, & difficultatibus, multa adnotatione dignissima, tam circa beneficia, quàm temporalia invenies, ita ut omnia remedia possessoria ordinaria habent hoc preparatorium summarium, seu summariissimum.

Alterum vero iudicium possessorium est ordinarium & plenarium, in quo ipsamet possessio deducitur, prout est in omnibus interditiis possessoris retinendæ, recuperandæ, & adipiscendæ, in quorum examinatione regulariter agitur de possessione plenariè juris ordine servato & eisdem solemnitatibus, & requisitis, quibus tractari solent cetera iudicia ordinaria, scilicet cum plena causae cognitione, servatis juris terminis cum libelli oblatione litis contestatione, publicatione, & conclusionem, & fertur sententia diffinitiva, asserens quoad possessionem perpetuum praedictum, ut possessor in possessione remaneat, & defendatur, ac tueatur. donec altera pars, ut actor gerit, & obtineat in petitorio, in quo tractatur plenariè, & ordinariè de iure partium, hoc est de proprietate, l. exiis, ff. de acquir. poss. dicta sic hæc interditiis possessoria ordinaria quia in eis ordo juris servatur, Menoch. in tract. de recuper. poss. in praludis seu rem. 1. n. 34. probant B. in extravag. sed reprimentum, in vers. summariè post. princ. Abb. in c. consulationibus circa si. de off. delegat. Cagnol. in l. impari ff. de regul. jur. Plot. in l. si quando n. 107. & 114. C. unde vi. Castr. cons. 3. lib. 2. & consil. 5. Marant. de ordine iudicio 5. p. 9. d. n. 46. ad si. Natta cons. 532. n. 9. tom. 2. ubi dicit certissimi juris esse, causam possessoriam in procedendo, summariam non esse, tamen esse summariam respectu probationum, cum leviores sufficiant, licet quoad hoc ultimum de probatione verum non dicat, ut statim dicetur. Natt. ipse cons. 121. n. 2. & n. 9. tom. 1. Covarr. in pract. quest. c. 17. n. 3. vers. tertio erit hoc exactissimè Rolan. à Valle in cons. 8. vol. 4. à n. 16. cum seqq. ultra quos & apud alios citatos in prioris distinctionis membro, reperies illam constitutam differentiam inter hunc, & superiorem causam; ut in possessorio summario summaria causae cognitio adhibenda sit, in possessorio autem ordinario causae cognitio plenaria, & quæ requiritur generaliter in utriusque cognitione, vide optime Specul. in tit. de off. omnium iud. §. postremo per totum. 1. latè Marant. de ordine iudicio 4. p. 9. d. & ad istos terminos est reducendus, & intelligendus doctissimus vir ille summi, ac perpetui laboris Felicia. in suo erudito tract. de censibus lib. 2. c. 1. n. 9. in fi. qui Bart. & Marant. ubi proximè indistinctè dicunt, causam possessoriam esse summariam.

Ab hac tamen regula ultima ut in omnibus possessoris ordinariè procedatur, excipere poteris remedium illud ex l. fin. Cod. de edicto divi Adria. quod inter alios adipiscendæ appositum 4. loco Menoch. nam in eo agitur

14 agitur summariissimè, quod intelligi in omnibus casibus, & respectu omnium personarum, quibus illo remedio potiri quæritur de quo exactissimè per Doctores in d. l. si. & exactam repetitionem fecit Zachara. ibi, exactissimè etiam scripsit Menoch. de adipisc. in pra-

15 ditorem. 4. per totum, & facit quisquis C. quorum appe- 16 non recip. quibus adde remedium ex Carboniano edicto, juxta l. 3. §. causa, de carbon. cauto. ita ut a mulier nomine ventris petit, se in possessionem mitti l. 1. §. si ea, ff. de ventre in poss. mit. hic etiam adde aliud ad- 17 piscendæ possessionis remedium ex Salviano interdic- to in quo summariè etiam agitur, ut citi vi lere ex his quæ latè Menoch. de adipisc. rem. 3. a n. 173. cum seqq. & supra Natt. cons. 532. sub n. 10.

18 Ex quibus resultat componenda opinioem contrarietas: an in possessoris iudiciis semiplena, an plena requiratur probatio; & quod semiplena testificat, scilicet, per unum testem, vel solam famam, probant B. in l. admonendi, col. penult. ff. de iurejur. & in l. 2. C. quorum bonorum, l. 2. §. ultim. C. ubi in rem actio. Cuna. in l. §. n. im. de pratoris stipul. Matefla. singul. 2. Afflic. 364. n. 5. Berolus cons. 43. n. 46. 3. Soci. cons. 260. n. 26. lib. 2. Alexand. cons. 91. in prin. lib. 1. & in l. videlicet C. de Carbonia, ed. edo n. 2. Car. Ruin. 32. n. 7. vol. 4. Aymon. Savillia. cons. 158. n. 12. Petrus Duennas regul. n. 299. 10. Masfil. singular. 433. Sarmi. de reddit. Ecclesiast. l. p. c. 4. n. 3. & ultra istos non nullos alios citat pro hac sententia Menoch. de recuper. poss. rem. 15. n. 410. & seq. & indistinctè loquendo in omnibus possessoris hoc dicit Rebuff. in comment. cons. tom. 3. tit. de mater. poss. art. 7. gl. 1. n. 26. Alciat. resp. 89. n. 3. Bellam. cons. 5. n. 6. ea utuntur ratione, quoniam causa possessoria fit modicè præjudicii, l. momentanea, C. qui legit. perso. hab. l. un. C. si de momen. poss. fuer. appel.

19 Sed contrariam sententiam, & opinionem, iam plenam & legitimam probationem in iudiciis possessoris requirit; probant B. in extravag. ad rep. im. verb. summariè, gl. Ofred. Jacobi Butr. Cyn. B. Id. Angel. & Salicet in l. 1. C. quorum bonorum. L. nfran. de Oria. in l. admonendi, col. ultim. & ibi Curt. Senior. col. 78. de iur. patron. Delius in c. causam que colum. 2. de iudiciis. Anchar. in elem. sape de verbis signif. & ibi Immol. num. 41. & ibi Georg. Natt. num. 15. & dicit communem opinionem Alexand. cons. 187. in fi. lib. 7. Plot. de in rem iuran. n. 15. Roland. à Valle cons. 5. n. 16. lib. 2. Vantius de nullit. sent. ex defectu process. num. 8. Octavia decif. Pedemont. 9. q. num. 12. Joseph. Ludovic. decif. Perus. 59. num. 2. nostras Joan. Garcia de nobilitat. gl. 1. num. 51. Afflic. decif. 364. num. 5. plures refert & sequitur Plot. in l. si quando, num. 115. Cod. unde vi. Cagnol. in l. impari, num. 8. de regul. jur. Gratus consil. 120. num. 7 & 8. lib. 2. Petrus Beneintendi concl. 62. num. 10. Natt. consil. 630. n. 7. lib. 3. moventur, quia maximi momenti est possidere, §. modum, instrum. de interditi. & si ut in causa magni præjudicii exactæ probationes exigantur, & ita in possessoria.

20 Et hanc contrarietatem cum federe distinctionis componunt referendi ex mente, & intentione relatorum ut prima opinio requirens levem, & semi plenam probationem procedat in possessorio summario, seu summariissimo, momentaneo dicto, quod provenit ex officio iudicis, juxta l. acquissimum ff. de usufruct. de quo nos supra, ut probant leges pro contra allegatæ; & egregiè declarat Curtius Senior in d. l. admonendi num. 323. versic. secundo moventur. ibi, ita intelligit Bart. in d. l. 2. §. ult. C. ubi in rem actio: quo moti fuerit Decius, & Matefla. quia jura allegata a B loquuntur in in preparatorio possessorio, ut in Carboniano edicto. sequitur & animadvertit latè Ripa in c. sape n. 3. in fi. de restitu. spoliat. Curt. Jun. in d. l. admonendi n. 68. in fi. de restitu. spoliat. & aperte elegantèrque declarat Zachar. in l. Salgado de Protect. Reg.

ultim. num. 18. C. de edicto divi Adria. Joseph. Ludovic. dec. 59. n. 3. & Berolus cons. 43. n. 46. & 48. lib. 3. Menoch. d. r. super poss. rem. 15. n. 413. sequitur etiam & probat Marant. in speculo. ud. 4. p. 8. d. n. 43. vers. in ista varietate, & num. 44.

At verò in ceteris possessoris adipiscendæ nempe in 21 Salviano interditi, & l. si. C. de edicto divi Adria. licet in possessoria, summaria requirunt tamen plenam & legitimam probationem, seu informationem, summariè tamen quoad ordinem, & ejus exactationem tractatur, non solum sufficit probatio semiplena, ut de utroque probat latè Menoch. de adipisc. poss. rem. 3. a n. 172. non enim haeres mittendus est in possessionem per unum, vel per duos testes, & ecce etiam in testamento militis, nam ad hoc ut haeres, ex eo in possessionem mittatur, debet plenè non semiplena, 23 aut unum testem testamentum & institutionem probare, sed plenè l. divus ff. de milit. testam. nec ex eo quod iudicium summarium requirat plenam, integram, & perfectam probationem, efficitur ordinarium & plenarium, nec definit esse summarium, quia de articulo verè realiter & perfectè, non per semiplenam probationem, famam, unum testem, aut indicia debet constare, & apparere, summariè tamen exigenda est ipsa informatio, quia quando unum iudicium est summarium 24 seu executivum, omnes ejus articuli incidentes, & adminicula iudicii sunt summarii, cum sint partes ipsius causae principales, in illi que est summariè, seu executivè procedendum, ut in causa principali, quia de illis iudicandum, & prædicandum est, ac de ipsa causa principali B. l. in l. 1. n. 6. C. commu. de legatis, optime Ill. in l. 2. n. 6. in fi. post Bal. de elem. tit. dicens quod si ex statuto procedendum est summariè, super instrumento 25 guarentigio, super hypothecaria, quæ movetur ratione debiti in instrumento contenti, pariter erit summariè procedendum B. in l. creditores, col. ult. vers. erit igitur C. de pignor. latè plura reddens exempla Menoch. de arbit. lib. 2. l. q. 45. n. 9. 10. 11. & 12. plures sequuntur & citati à Natt. cons. 21. n. 11. tom. 3. Ill. in rubr. l. q. admitti col. 1. in fi. Marant. de ord. jud. 4. p. 9. d. 40. Ill. in l. ult. §. ult. n. 3. ad si. ff. de condict. indebit. quem eleganter sequitur Petra Sanct. singular. 23. incipit notant Bar. Menoch. de adipisc. poss. rem. 3. a num. 175.

Non est enim bonum argumentum, in iudicio sum- 26 mario requiritur plena, & legitima probatio. ergo iudicium efficitur plenarium, & ordinarium ex supradictis, ut & perperam) putavit doctissimus Sarmiento de reddit. Ecclesi. 3. p. c. 2. n. 23. & 24. dicens ille loquendo in interditi Salviano (& rectè in hoc primò) prius debet constare an obligatio, & hypoteca subsistat, cum sine principali obligatione hypoteca nulla, l. res hypotheca, ff. de pignorib. ex quo inferat Sarmiento, duo sunt iudicia ista; in primo agitur, an obligatio subsistat, & in eo dicitur requiri plenissimam causae cognitionem, & tres sententias ferri oportere, in secundo autem iudicio arguitur interditi Salviano ad avocandam possessionem rei hypothecata, & summariè secundum naturam ipsius interditi, sed contra illum meritò insurgit Menoch. de adipisc. poss. d. rem. 3. a n. 172. quia cum causa principalis sit summaria, omnes ejus articuli incidentes summariè tractandi sunt, nec ex eo figura & iudicii natura immutatur.

27 Quibus suppositis illa est iure civili constituenda regula generalis, & universalis, & in cunctis remediis possessoris, tam adipiscendæ, quàm retinendæ & recuperandæ in quibus agitur ad meram possessionem, à sententia pro actore, puta, lata, appellatio non admittitur. emissi, ex l. 1. C. si de momen. fuer. appellat. l. si. ff. de appel. recipien. l. quisquis C. quorum app. non recip. & ubilibet gl. Quibus locis ita notat B. per quem, & plenè in l. 2. colum. 2. vers. quare est ratio. & c. P p 2 ff. de

28 ff. de appell. recip. quia sententia possessorii affert modicum prejudicium, ex quo ejus gravamen reparari potest per definitivam. Angel. in cons. 107. Bal. in d. l. 1. Ab. in c. cum ad sedem col. ante penult. de restit. spol. Philip. Decius cons. 28. n. 4. omnes in c. 1. de caus. poss. & proprie. Alberti in d. l. unica. Corset. singul. 10. n. 1. lib. 4. alios referens comprobatur Afflict. dec. Neapol. 269. n. 3. Guid. Pap. quest. 37. si appellatur Bal. in l. 2. C. de Episcopali audi. Communiter Doctores in l. unica, & praesertim Cæsar Contar. in rubr. n. 74. C. si de momen. Specul. tit. de appell. §. in quibus n. 8. in 6. l. 2. Nicol. in tr. de concord. gl. concord. 6. fall. 6. n. 26. tom. 18. fol. 192. Rot. 120. fuit resolutum n. 2. p. 1. diver. gl. in c. cum ad sedem, in verb. interdictum versus si de restit. spol. Marquet. tract. de commiss. p. 2. in comm. appell. c. 2. n. 38. Vestr. in praxi, lib. 7. c. 3. n. 2. Vanti in tract. de nul. sent. quis poss. dicere de nullis n. 3. 4. vers. & propterea, 376. Contar. ubi proxime in prima ratione decidendi n. 16. in fin. & n. 17. Joan. Cot. Tholof. in repet. l. naturaliter, §. nihil commune, in prelatiis n. 30. Paris. cons. 108. n. 20. lib. 1. Ill. cons. 187. col. 5. vers. hoc assumpto lib. 2. Immol. cons. 55. n. 5. Abb. in cons. 55. col. 1. vers. aliam limitationem lib. 2. Brun. cons. 98. n. 9. Barba. cons. 82. col. 5. lib. 3. Natta cons. 121. n. 4. vol. 1. Menoch. de recuper. poss. rem. 9. a. n. 316. Joseph. Lodov. decif. 20. n. 16. Roland. a Valle cons. 77. col. 2. Octavia. decif. Pedemont. 25. n. 4. Lancel. de attent. 2. p. c. 12. limit. 2. cum seq. Robert. singul. appellat. num. 12. Capici. dec. 34. n. 1. Ant. Gom. in l. 45. Tauri n. si. Covar. in pract. quest. c. 23. n. 8. Horatius Carpan. in lucubrati. juris sive statim Mediol. c. 150. gloss. non possit appellari a n. 47. usq. ad n. 50. Sequitur Doct. Felicia de Solis in tract. de censibus l. 3. c. 1. n. 11. & multo fortius dicendum erit in judiciis possessoriiis summariis, in quibus denegatam esse appellationem probant Doctores haecenus citati, & vide latè Scaccia de appell. quest. 17. lib. 6. memb. 2. per totum fol. 331. & alibi passim, & nos variis in locis hujus capituli, latè etiam Riccius in prax. decif. 2. p. decif. 263.

30 Quorum quidem Doctorum potissima pars absolute loquuntur in omnibus judiciis possessoris, at nominatim & specialiter, quod in possessorio tam adipiscendæ, quam recuperandæ, & retinendæ, possessionis appellatio sit prohibita, loquuntur post plures, ab eis citatos Marant. in specul. judic. tit. de appell. 294. Lancel. Robert. de attent. 2. p. c. 12. limit. 25. n. 10. optimè Ant. Gom. in l. 45. Tauri n. 194. Roland. a Valle in cons. 77. n. 9. vol. 2. Bar. in l. 2. col. 2. n. 4. ff. de appell. recip. gl. in l. unica in verbo momento, & ibi Bar. q. 1. n. 3. Salicet. poss. 2. n. 3. C. si de momen. Marc. Ant. Cuch. tract. de mentien. circa possess. n. 420. vers. quid verè tom. 3. p. 2. fol. 300. Marquet. tract. de commiss. 2. p. de commiss. appell. c. 2. sub. n. 37. & 38. fol. 37. & de communi opinione testantur, & sequuntur Roland. a Valle cons. 77. viso n. 9. l. 2. Et Cæsar Contar. in l. unica in intellectu sub n. 1. vers. unde is, C. si de momen. poss. & de magis communi opinione testatur & sequitur Joan. Cumia super ritibus Sicilia c. 80. n. 66. fol. 253. & esse approbatum à Rota referunt Contar. ubi proxime in ampliat. n. 3. in si. Achill. Personal. tract. quorum bono. n. 792. in si. & n. 493. ubi de crebriori opinione tom. 3. p. 2. fol. 279. Scaccia de appell. q. 17. lib. 6. memb. 6. n. 35. Covar. pract. c. 23. n. 9. Menoch. (nullum allegans, sed gloss. in d. l. unica, C. si de momen. poss. fuer. de recuper. poss. rem. 6. n. 48. ad med. Ruginell. in tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 653. in si. fol. 119. quod probant ex generalitate d. l. unica, C. si de momen. poss. fuer. appell. ibi cum de possessione, & ejus momento causa dicatur, etsi appellatio interposita fuerit: tamen lata sententia sortitur effectum; reddentes rationem, qui talis sententia lata in mero possessorio parit modicum prejudicium, cum de facili potest reparari in judicio proprietatis, quod quidem indicant, & probant illa ver-

ba ejusdem legis ibi, de possessione, & ejus momento: quod id significat, quando de possessione tractatur cujus prejudicium non est perpetuum, sed momentaneum, dum in petitorio causa terminatur, & c. latè 33 Contard. in rubr. d. l. junica n. 26. Gemin. in c. ult. 2. q. 6. n. 8. & sic respectu obtinentis in judicio possessorio dicitur momentanea, quia durat dumtaxat, dum non nanciscitur victoriam in petitorio, & sic parvi prejudicii respectu autem ipsius possessionis commodo magna sunt ex vulgaribus juribus.

Et magis in specie de singulari possessoriiis remediis 34 probant multi prout de possessorio adipiscendæ ex l. si. C. de edito divi Adriæ, & sententia pro utente super ejus remedio, ut appellatio non detur, affirmant post l. fin. ff. de appell. recip. & l. quisquis C. quorum appell. non recip. & DD. in d. l. si. C. de edito divi Adriæ. Paris. cons. 54. n. 39. vol. 3. Bald. in l. unica C. si de momen. poss. col. 2. in si. vers. sed pone. latè Zuchar. in repet. l. fin. n. 435. & 441. vers. & sic erit. cons. Roland. a Valle in cons. 77. n. 12. facit gl. in verbo missus in d. l. si. quum sequuntur B. Bad. Salicet. Alex. & Ill. Curtius Jun. & Sebastian. Sepia relati à Zuchardo supra, infinitos congerit Tirraquel. in tract. le mort saisi le vis. p. 6. declarat. 6. n. 2. Guid. Papæ q. 132. col. ultim. Berojus. q. 44. Menoch. de adipiscen. poss. rem. 4. a. n. 926. Ozac. dec. Pedemont. 25. n. 9. Covar. in pract. q. c. 23. n. 8. vers. tertia conclusio, rationem reddunt Doctores eandem, quàm Consules, & Imperator. ille in d. l. si. in d. l. quisquis, quod testatoris voluntas celerem executionem desiderat pariter, & in illo adipiscendæ remedio ex interdicto quorum 36 bonorum affirmant Bart. in l. 1. in si. C. quorum bonorum, per quem Marant. de ord. judicio. 6. p. tit. de appell. n. 312. Menoch. de adipiscen. rem. 1. n. si. Beneintendi. concl. 79. n. 6. Cacheran. Octavianus decif. Pedemont. 25. n. 9. Gozadin. cons. 5. col. 1. Roland. a Valle cons. 77. n. 10. vol. 2. Marquet. tract. de appell. p. 2. in commiss. appell. c. 2. n. 56. fol. 40. Computa. dec. 223. consil. Eguid. n. 1. p. 1. Cæsar Contard. in l. unica in 4. Ratione decidendi n. 1. & melius n. 4. & limit. 17. n. 18. cum sequentib. C. si de momen. poss. Jos. Cum. in ritibus Sicilia cap. 38. n. 114. Ruginell. tract. de appellat. §. 2. cap. 3. num. 649. 640. & seqq.

Quod & procedit, etiam si statutum simpliciter per 37 mittat posse semel appellari in causis possessoriiis, quia adhuc non licebit appellari à sententia dimittendo hæredem scriptum in possessionem Beroi q. 44. statuta per totum. quem refert & sequuntur Achil. Personal. tr. de ad ipse. poss. n. 323. vers. qua regula. tom. 3. p. 2. fol. 268. Ruginell. tract. de appell. §. 2. c. 3. sub n. 649. vers. 2. in si. sequitur & rationes reddens Scaccia de appell. q. 17. lib. 6. memb. 4. a. n. 23. fol. 347.

Ita in aliis remediis adipiscendæ possessionis 38 bant sigillatim Doctores, prout de interdicto quorum bonorum, non admittatur suspensiva appellatio, firmant Roland. a Valle cons. 77. viso n. 10. lib. 2. Marant. in specul. 6. p. actu in prin. verbo & quandoque appellatur n. 323. fol. 308. Jos. Cuma. super ritibus Sicilia. c. 38. n. 178. fol. 204. Achil. Personal. tr. de ad ipse. poss. sub. n. 493. & n. 485. & 499. Ruginell. de appell. §. 2. c. 2. n. 653. vers. remedia fol. 119. Cæsar. Contar. in l. unica, lib. 2. §. 1. n. 1. 2. 9. 14. & 18.

Item nec in interdicto quorum legatorum non da- 39 ri appellationem, scribunt Contard. d. l. unica in secunda ratione decidendi, n. 32. & in ampliatione num. 34. & 35. & in secunda limitatione §. 1. n. 16. & 17. in si. Ruginell. tract. de appell. §. 2. e. 3. num. 454. in 4. casu, fol. 100. item & in remedio l. 3. Cod. de pignori. in quo non dari appellationem tenet Scaccia de appell. quest. 40 17. lib. 6. memb. 4. num. 5.

Qui num. 132. affirmat idem esse dicendum in re 41 madio, & casu l. si in rem. ff. de rei vind. nempe quando reus

reus negat se possidere, ut eviter actionem realem contra se & postea convincitur de mendacio, probante actore quod possidet, quo casu actor mittitur in possessionem, ante cum dixerat, & late explicuere Ruginell. tract. de appell. §. 2. cap. 3. n. 687. vers. vigesimus primus. Cuch. in repet. l. fin. C. si de momen. n. 31. inter tract. diver. de mentiente circa possessionem 10. p. 2. fol. 293. & præcipue sub. n. 419. vers. quid verè, & n. 420. fol. 306. & præ in singulis speciebus possessionis adipiscendæ sit prohibita appellatio, ultra citatos scribit Joan. Bapt. Pont. tract. de spol. lib. 4. c. 3. sub. n. 40. tom. 14. fol. 305.

43 Pariter & in alio adipiscendi remedio ex Salviano interdicto appellatio non admittitur, nam hoc interdictum valde est utilissimum, cuius prærogativas, & excellentias ad eadem exclamant Doctores citandi; est que remedium merè possessorium. Angel. Aret. in §. si Serviana n. 6. Inst. de actio Marant. de ord. jud. 4. p. d. 7. num. 11. Roland. a Valle cons. 14. n. 11. & quod est pin-

44 gius & utilis magisque frequentius actione hypothecaria, probant latè Negulan. de pign. 8. p. 3. memb. n. 26. quod quidem competit fundi domino contra colonum ut adipisci possit possessionem earum rerum quæ infundo locato illata investaque fuerint, ideoque

45 que pensione locati precistanda, quod est directum interdictum, utile verò ad ejus similitudinem, datur etiam domino contra conductorem prædiorum urbanorum, ut post Neganzantium & Bart. probat Menoch. de adipiscen. n. 3. n. 14.

46 Et ad hujus similitudinem competit etiam hoc interdictum Salvianum cuiusmodi alio creditori habenti bona sui debitoris obligata, ex quavis alia causa, etiam pecuniaria, sive expressè, sive tacite, ut probant B. in l. 1. n. ff. 2. de Salviano interd. in illis verbis: & etiam cuilibet creditori, idem B. in l. 1. q. 1. C. de precario, & Salviano inter ibi Creditori, & paulo post: Angel. Aret. in §. idem Serviana num. 6. instituit. de interd. ubi in his Scribit advertit tamen, quod cautus advocatus numquam intendant hypothecariam, sed utile Salvianum interdictum, quod competit cuilibet creditori, directum autem pro rebus coloni investis, & illatis, utile pro rebus inquilini locatoris) hæc ille Angelus alios citat, ita pro opinione Bart. respondit Alexand. consil. 185. num. 4. lib. 6. idem tenet Negozan. de pignori. part. 8. memb. 1. n. 6. & in memb. 3. num. 9. sentit Ripa in rubrica ff. de pignori. num. 19. ibi, vel alterum debitorum, sentit Baro. in §. adipiscendæ, instit. de interdictis.

47 Et licet ex Sarmiento de redditis Eccl. §. 3. part. cap. 2. n. 19. & seqq. & per Salicet. & Bild. contrarium sentiat Menoch. de adipiscen. rem. 3. a. num. 17. tamen superiorem Bart opinionem, & sequacium veriorum arbitror; pro qua facit primum, & elegans consilium Rolandi a Valle 13. vol. 1. per tot. ubi consultus defendit, hoc interdictum Salvianum utile corpetere cuidam mulieri pro dote promissa contra tertios possessores rerum tacite hypothecatarum: eam tenet etiam Vivius com. nun. opin. in 4. opinione l. 2. tractatum, ubi alios in id plures citat, tom. 1. Petrus Surd. cons. 513. num. 18. & seqq. tom. 4. ubi refert Rolandum, Rota per Farinacium dif. 183. per totum. 1. part.

48 Quare cum hoc interdictum Salvianum mere possessorium sit, in quo quidem de sola possessione contenditur, & est remedium summarium, actio autem hypothecaria dicitur remedium petitorium, quia in ea de juribus pignoris & hypothecæ contenditur, & debet probari de dominio, vel quasi debitoris, at isto utens Salviano, non tenetur necesse probare & docere; quod res obligata fuit in bonis debitoris tempore factæ obligationis vel postea, sed sufficit probare, quod debitor illam possideret, secus in eo qui intendant hypothecariam, quia tenetur probare quod illa res fuerit in bonis debitoris, nec in Salviano interdicto tanquam possessorio & summario posse opponi exc-

Salgado de Protect. Reg.

pciones respicientes defectum pignoris, maxime ubi requirerent altiore indaginem, in hypothecaria sic, de quibus & aliis plurimis differentiis inter actionem hypothecariam & hoc Salvianum interdictum, & de plurimis ejus specialitatibus, vide optimè & latè per Nat. cons. 532. tom. 2. per totum, egregiè etiam per Roland. a Valle d. cons. 14. per tot. vol. 1. Men. de adipiscen. 3. per totum, ubi quid continere debeat libellus, quomodo sententia concipienda, & de aliis vide, & tandem ex his constat, ita se habere hoc interdictum Salvianum ad actionem hypothecariam, sicut remedium possessorium ad petitorium, ubi supra.

Igitur merito à sententia lata pro creditore inten-

49 tante hoc remedium, tanquam merè possessorium, appellationi interpositæ non differtur, licet à lata in actione hypothecaria admittatur; quoad utrumque, ita hæc conclusionem probant post Ill. Bart. & Bild. Marant. de ord. jud. 6. part. tit. de appellat. n. 109. B. in l. 1. in fin. princ. ff. de Salviano inter. & in l. 1. n. 2. & ibi Saicet. vers. quare quinto. C. de precario & Salviano inter. Alexand. cons. 73. n. 11. lib. 5. Capol. cautel. 91. quando quis. Angel. Aret. in §. item Serviana n. 9. & ibi Gomez. de communi testatur, instit. de actio. Corneus consil. 140. num. 2. l. 1. Lancel. de attent. p. cap. 12. lib. 2. num. 11. Menoch. dist. rem. 3. num. 186. & post, alios optimè Nat. d. cons. 532. num. 5. vol. 2. Roland. a Valle dist. cons. 14. a. n. 3. vol. 1. Francisc. Sarmien. in tract. de redd. Eccl. 3. part. c. 2. n. 2. ad fin. Neguz. in tract. de pign. p. 8. memb. 1. n. 3. Sylvian. consil. 36. n. 2. & per Menoch. ita etiam Gratian. in discept. for. c. 103. a princ. tom. 1. quare adverte Advocate, ut quoties sese offerat occasio, hoc remedium intentes, quo quidem multo commodius consulis clientulo.

Et quod in interdicto uti possidetis remedio scilicet 50 retinendæ appellatio non sit licita, probant in specie Butt. in captivam n. 14. de ord. cognit. Afflict. de c. 269. Rebuff. in comment. ad consil. Galli. 3. 10. tit. de materiis poss. art. 7. gloss. 1. n. 18. Corneus consil. 10. lib. 4. Capicius decif. 1. n. 23. Menoch. de retinen. possorem. 3. num. 843. qui idem probat in remedio recuperandæ possessionis, ut non appelletur à mero possessorio, ibi, de recuper. rem. 55. 9. a. n. 316. cum seqq. Cæsar Contard. in d. l. uni. in ampliat. sub n. 10. C. si de momen. poss. sequitur Scaccia de appell. quest. 17. limit. 6. memb. 5. a. princ. ubi latè oomprobat in singulis retinendæ possessionis speciebus denegatam esse appellationem, prout in sententia lata in interdicto, ne vis fiat ei, num. 1. & in sententia lata super in-

51 terdicto utrobique vide num. 2. & de sententia super uti. possidetis, num. 3. & super interdicto, de superficie num. 4. & interdicto de itinere actuque privato num. 5. de quo & de interdicto ad aqua quotidiana & æstiva, tanquam habentibus mixturam, dide ibi contrarium & nos inferius, & de interdicto de rivis n. 7. & generaliter quod in interdicto retinendæ non cadat attentatum, tenet Hieron. Manfred. de attent. p. 7. a. n. 33. plures citat Mier. de major. 3. p. quest. 25. sub. n. 48. in 2. impressione. Gutier. canon. q. 34. n. 88.

Et loquendo in interdicto recuperandæ possessionis 52 ut non admittatur appellatio suspensiva, ultra Doctores superius relatos, tenet Contard. in l. unica, in ampliat. sub num. 34. C. si de momen. Poss. & n. 8. vers. continetur. cum numero seqq. & num. 32. & limit. 2. §. 1. a. num. 3. cum seqq. & num. 8. gloss. 1. & Salicet. in l. momentaria num. 4. vers. tertia utilitas erit, C. unde vi. De eius cons. 28. sub. n. 4. cel. 4. Ruginell. tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 673. Scaccia re appell. quest. 17. lib. 6. memb. 6. a. princ. ubi per extensiones recenlet omnes, & singulas hujus interdicti species, ut in eis à lata sententia appellatio 53 denegerur, quem vide.

At quod jure Regio in possessoriiis ordinariis aliud 54 sic dicendum, nempe ita demum executionem permitti, cum duæ sententie conformes latæ sint, à quibus

R. P. 3 ulterius